

carta pública sellada con los sellos de nos dicho dean y del cabillo de la dicha yglesia colgados.

Fecha la carta en Murcia, a veinte y nueve de noviembre, hera de M CCC XXXX. Testigos que fueron a esta carta llamados et rogados Benidues, Pero Oller a. s. Juan Eligo, maestros de piedra et la obra de la dicha capilla obraron.

CLI

1303-IX-3, Cariñena.—Jaime II a Bernardo de Sarriá. Ordenándole entregara al comendador Juan López el castillo de Negra (Blanca). (A. H. N. Caja 293, núm. 4. Traslado de 1757)

Jacobus Dei gratia rex Aragonum, Valentiae et Murciae ac comes Barchinona. Dilecto consiliario suo Bernardo de Sarriano, salutem et gratiam, cum jam mandaverimus vobis oretenus, quod traderitis et restiueritis patri Johanni Lupi comendatori de Ricot, Ordinis Militia Sancti Jacobi castrum de Negra quod pro nobis tenetis, et intellexerimus per eundem comendatorum, quod vos mundum restituistis seu tradicistis sibi dictum castrum pro eo quia post mandatum nostrum praedictum non fuit eoram vobis pro recuperando ipso castro et nunc idem comendator intendat acedere seu mittere aliquem ad vos, pro recuperando castro jam dicto et propterea supplicavit nobis quod super hoc vobis scribere dignaremur. Ideo vobis dicimus et mandamus quatenus dictum castrum tradatis et deliveretis dicto comendatori, vel cui voluerit loco sui, pro ut jam vobis oretenus dedimus in mandatis. Nos enim eum ipsum castrum, sibi, vel alii suo nomine tradideritis a vobis erimus inde contenti. Datum Carayena tertio nonas septembris, anno Domini millessimo trecentesimo tertio. Guillermus Lupeti mandato domini episcopi.

CLII

1304-I-29, Valencia.—Cesión hecha por Jaime II de unos molinos existentes junto al alcázar. (A. M. Murcia, Perg. núm. 69)

Nouerint uniuersi quod Nos Jacobus Dei gratia rex Aragonum, Valencie, Murcie ac comes Barchinone. Intellecto quod Petrus Eximini de Lorcha non curauit operari imo persemperauit nobis seu Ferario de Cortilio baiulo Regni Murcie gene-



rali nomine nostro, molendina seu jus aut partem quam habebat in molendinis que sunt ac esse consueuerunt in riuo de Segura juxta alcaçer ciuitatis Murcie. Ideo intendentes ad utilitatem ciuitatis ipsius per nos et nostros de speciali gratia donamus et concedimus perpetuo pro reparacione, aptacione et condireccione Murcie eiusdem ciuitatis vobis juratis probis hominibus et concilio dicte ciuitatis Murcie presentibus et futuris dicta molendina qua nunc diruta sunt seu partem et jus quam et quod in ipsius habebat et habere debebat Petrus Eximini predictus et nobis competit in eisdem racione desempare predicte. Ita quod uos teneamini operari et rehedificare et operemini et rehedificetis uestris propriis sumptibus et expensis molendina predicta seu partem que vobis racione presentis donacionis et concessionis competit in eisdem. Hanc autem donacionem et concessionem facimus vobis et uestris perpetuo pura, libere et sine aliqua restrictione ad habendum, tenendum ac et possidendum sic tamen predicta molendina sint propria dicte ciuitatis eaque vos et uestri teneatis et possideatis pacifique et quiete et habeatis ac recipiatis integre iura et redditus eorumdem in dictorum Murcie ciuitatis reparacione, aptacione et condireccione et non in aliis conuenencia nec possitis ullo unquam tempore ea uendere seu alienare aut impignorare alicui persone neque commutare aut in alicuius dominium transferre aliqua racione sino nostra licencia et consensu iudicantes per presentes procuratori ac baiulo generali Regni Murcie et aliis officialibus nostris eiusdem Regni presentibus et futuris qui hanc donacionem et concessionem nostram sub forma predicta factam teneant et obseruent et faciant inuiolabiliter obseruari et non contraueniant nec aliquo contrauenire procurrant aliqua racione.

Datum Valencie quarto kalendas Februarii anno Domini millesimo trecéntesimo tercio. Signum Jacobi Dei gratia Regni Aragonum, Valencie et Murcie ac comitis Barchinone. Testes sunt: Petrus episcopus Valentinus, cancellarius domini Regis. Jacobus de Xericha. Jacobus Petri. Raymundus de Montecachino. Gundisalbus Eximini de Arenoso. Signum Petri Suppetti scriptoris domini regis e de mandato aiusdem hoc scribi fecit et clausit loco die et anno predictis.

CLIII

1304-VIII-8, Torrellas.—Sentencia de los jueces árbitros entre Castilla y Aragón. (A. C. Murcia, «Inventario», fols. 130-132)

Este es traslado bien e fielmente sacado del registro o traslado de la sentençia arbitral que fue dada entre el rey don Ferrando, que parayso aya, e el rey de Aragón, e registrada en los libros del conçejo de la çibdad de Murcia, e dize asy :

